Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26054
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ii

sophym ciuitate inhabitabat. Est enim ipsa ciuitas in regione thamni
tica iuxta diospolim. unde fuit ioseph qui in euangelio de arimathia
esse scribit. Et habuit duas uxores. nomine unam anna. et nomine sedem fenen
na. Fuerique fenennae filii. annae autem non erant liberi. Conuenient quoque anne
sterilitas commemoratae cui partus celebrior futurus erat ad instar pro
patrum. ut maiorem gaudium per longum merorem de peepta fecunditate pa
rentum insinuet. Sicut enim abraba patriarchae legitima uxor quam primum
duxit. Sara uidelicet primum sterilis fuit. agar egyptia generante fi
lium. Et sicut iacob seruiente socero suo prachel uxore ipsa rachel steri
lis fuit sorore eius lia liberos gignente. ita et helchanae melior uxor
que ppham genuit sterilis primum fuit. Postea autem pdni gratiam fecunda.
Et ascendebat uir ille de ciuitate sua statutis diebus ut adoraret et sa
crificaret domino exercituum in silo et ceta. Silo ciuitas est in tribu effraym.
in quo loco arca testamenti mansit et tabernaculum dni temporibus
iosue filii nun postquam uicerat gentes que terram repmissionis posse
derant. usque ad tempora samuelis. Narratur enim in libro iesunaue quod poc
tus dux sorte ibi missa coram domino terram repmissionis singulis tribus
distribuerit. Est autem silo in nonagesimo miliario nea poleos in regio
ne acrabitenae. et iudae patriarchae filium silon sela appellatum legimus. Ad hanc
quoque urbem ascendit helchana cum domo sua statutis diebus sedem lege ut
adoraret et sacrificaret domino exercituum. Quod autem die statutis diebus hoc
et tribus festiuitatibus pascha uidelicet pentecosten et sollempnitate taber
naculorum. Unde dns in exodo peepit dicens. Tribus uicibus pseingulos an
nos in festa celebrabitis. Et rursus. Ter in anno apparebit omne
masculinum tuum coram domino do in loco quem elegerit dns ds tuus. Ergo
in silo cum esset eo tempore arca dni. hic helchana cum essem ipse secunda post
oblatas uictimas cum uxoribus et filiis atque filiabus partem uescebatur.
Dedique fenennae uxori suae et cunctis filiis eius et filiabus partes. Anne autem
dedit partem unam tristis. quia annam diligebat. Dns autem concluserat
uuluam eius. Affligebat quoque eam emula eius et uehementer angebat. in
tantum ut exprbraret quod conclusisset dns uuluam eius. et ceta. Nota quod
sicut sara sterilis agar concipiens despexit. ita et annam sterilis fenen